de A°. 1563.

S. D.

52.)

Carissime frater cupide exspecto poëmata tua, quae te collecturum et Typis ad editionem promittebas cum esses nobiscum, ut mitteres igitur praestare promissum, te oro. Literis, quas illa occasione tradideras, significabas mihi scripsisse te alias paulo ante, quibus copiosius scripsisses de singulis. illa mihi reddita non sunt, et interiisse eas doleo, parari bellum totis viribus a vestratibus et Polonis, et ducem in bello fore Illustrissimum principem Prussiae, adversus hostes hic firma est. Quod si ita se res habet, Deum precor ut quod ibi consilii suscipitur pro salute et tranquillitate orbis Christiani, feliciter geratur et conficiatur. Optarim moveri conspectum periculorum praesentium principes Germaniae, sed scio, quod secuti fatum ab hostibus seducti in bella intestina distrahit. Fatales poenae Germaniam urgent. bene et feliciter vale, et si quid de his rebus habes certi, scribe, salutem tuae conjugi opto, pridie Cal. Junij 1563.

Casparus Peucerus

Inscriptio.

Clarissimo viro D.ri Matthiae Stoio.
Medico Illustrissimi Principis Ducis
Prussiae, amico et fratri suo carissimo.

S. D.

53.)

Carissime frater redit ad vos Fabricius, quem cum vere videtis omnes homine dati eribus non eum onerabo. Redit autem talis, qualem ad nos misistis, et qualem recipere cupitis. Sed laudo voluntatem clementissimi optimi principis, qui cupit benefacere homini misero, et alienae opis e, gentis. Haec de Fabricio a me hoc addo. in postrema parte Chronici erit mihi facienda mentio mutationum, quae acciderunt in Prussia, vehementer itaque te oro pro veteri necessitudine nostra, perficias apud Illustriss. principem, ut de iis, quae tempore gubernationis ipsius Cels. evenerunt, paucis consignari mihi curet. Non velim libenter aliena, aut peregrina, aut falsa posteritati tradere, scripsissem ad ipsius Cels. sed terruit me quaedam verecundia. Tu posteris hoc effectum dare. Hoc in specto, ut recitem, quae sunt e dignitate Illustriss. Principis, adque eo nomine maxime, quod vi,

de receptione nostra . . . . à peregrinis et pro-
bari; intelligis consilium tuum, quare per occasio-
nem hæc ad Illustriss. principem referes, ~~et mihi~~
meq; illius Cels. . . . . . . commendabis. Veteri mihi si
fieri id posset, confici, ferrum summorum prussiæ
magistrorum. Bene et feliciter vale. Ultimo Augusti
1563.

Inscriptio. Jac. Cosmerus.

Clarissimo viro doctrina et virtute
præstanti D. Matthiæ Stoio physicæ
et Artis Medicæ Doctori, Medico
Illustriss. Ducis Prussiæ amico
et fratri suo colendo.

54. S. D.

Salvum et incolumem te ad tuos reversum esse, spero,
etsi iter non usq; adeò commodum fuisse ratiocinor
ex aëre caeliq; instabilitate, quæ apud nos fuit à discessu
tuo huc usq;. Qui meas tibi reddet in Pomerania na-
tus est, nomine M. Zacharias Orthus, vir bonus et præ-
clarè doctus in physica et utraq; lingua Græca et Latina,
Illustrissimo Principi tuo inscripsit poëma Græcum,
quo complexus est imperatores Orientis; id offerret
eam rem opera consilioq; tuo assequi, cum te intelligat
et carum et familiarem esse Principi, ut autem qualis
sit cognoscas, scias versatum eum esse in Academia no-
stra socero viro multos annos, et fuisse cum socero propter
eruditionem et probitatem et ingenii et animi, cuius
character est oratio ipsius eximie carum. Commendavit
eum principibus Pomeraniæ, apud quos in Academia
Gryphiswaldiana publico stipendio cum laude aliquamdiu
docuit. Sed reliquit professionem eam, quod inchoata
juris studia persequi et absolvere constituit. At subsi-
diis destituitur. Ea collegit scriptorum dedicationi-
bus munificentia principum. Offert autem totum
sese Illustrissimo principi suo ea lege atq;
conditione, ut si sibi aliquot annos subsidia ad stu-